nec antichriſtus nec aliquis hō peccator magnifica
bit ſe ſup terram in ppetuū.

## Pſalmus.x.

IN domino cōfido
&c. Hunc pſalmū a Dauid factū doctores
varijs modis exponunt. q̄a cōuenit expoſi
tioni tā de capite: hoc eſt chr̄o: q̄z de corpe. i. de eccle
ſia chr̄i: q̄z de quolibet mēbro chriſti. i. de omi fide/
li. Sic q̄ppe facti ſunt pſalmi plurimi q̄ cōueniēter
de vnoquoq̄z p̄dictorū & de omnib⁹ ſimul exponi p̄nt
Sed qm̄ confuſio eſt memorie inimica: et plixitas
tediū parit. Ideo in hoc & etiam in alijs hmōi pſal/
mis poſui accipe vnam cōpendioſam expoſitōem
generalē que cōuenit moralitati. Qui aūt velit poſ
ſet de facili aliter applicare iuxta ſui animi ſaporē.
ſicut & doctores ↄſueuerūt in talib⁹. Nā Aug. hūc
pſalmū exponit in pſona eccl'ie aduerſus hereticos
Alij aūt de capite. hoc ē: de chr̄o tanq̄z ſit vox chri/
ſti aſſimilantis ſe paſſeri tranſmigrāti in montē &c.
Et p̄terea alij aliter. Nihilo minus tn̄ intētio gene
ralis huius pſalmi eſt fideles chriſti in bono robo
rare & in eo pſeuerare: ne in vicia declinādo pereant
ad penas gehenne. Proinde pſalmiſta dicit ſic lo/
quendo in pſona cuiuſlibet iuſti general'r. In do/
mino confido. ſ. ego chriſtianus: totam ſpez in
chriſto ponendo: non in rebus trāſitorijs. Sed q̄a
talibus occurrunt tentatiōes a diabolo et alijs: Iō
ſubdit. quoniam dicitis anime mee. ſ. ſug/
gerendo o vos demones vl' eius membra. trans/
migra in montem ſicut paſſer. Quid h̄ vult
dicere: Notandū eſt q̄ paſſer eſt auis inſtabilis et
vaga ac libidinoſa: vt dicit Phus: que ſepe migrat
volando in alta murorū & montiū. Ideoq̄z ſignifi/
cat in hoc ſenſu accipiendo eos: qui tentationib⁹ ce
dunt: et iſtabiles ſunt in bono: ac vagi ad varia vi/
cia & carnis deſideria: & ſepe in alta volantes per ſu
pbiam. Eſt ergo ſenſus: Quomō dicitis anime mee
vt tranſmigrē in montes ſupbie de valle humilita/
tis: & ſim paſſeris in modum inſtabilis in bono: ac
vicioſis affectibus deſeruiēs. q. di. Non mihi talia
pſuadeatis vos tētatores. quia nolo conſentire vo/
bis. ſed in domino confido: qui me p̄ſeruabit a vi/
cijs confirmando in bono. Quare aūt ſe anima fi/
delis ab hmōi ſuggeſtione ſeq̄nda caueat: ſubdit d.
Quoniam ecce peccatores. i. demones q̄ an
tonomaſice dicunt peccatores: eo q̄ obdurati ſunt
in peccato ſuo & alios quoſq̄z ad peccata inſtigant.
Iſti pctōres. intenderūt arcum. ſ. tentatōis
piculoſe: dānatiōis: & mortis eterne. parauerunt
ſagittas ſuas. i. ↄcupiſcentias carnis & mundi:
quibus aīas ſauciant ſic ſagittis ignitis: alōge & a p
pe has ordinauerūt. in pharetra. i. in loco & tpe
ↄuenieti ad decipiedū. ſicut pharetra eſt loc⁹ cōue/
niens ſagittis ad habendū eas & accipiendū ex ea p
ſagittādo. Ideoq̄z ſubdit. vt ſagittēt in obſcu/
ro. i. inſidioſe & doloſe vulnerent p vicia. rectos
corde. i. bonos homies quos poterunt decipere.
Quoniam que pfeciſti deſtruxerūt. i. mā/
data pfectionis deſtruere conati ſunt ipſi peccato/
res: hoc eſt demones: ſiue intellectū verū puertēdo ī
aliquibus vt in hereticis: ſiue malis operib⁹ preua
ricari faciendo: vt patet in malis chriſtianis. Vel h̄
dicit: quia opera pfectionis que deus opatur in vi
ris pfectis: puta epiſcopis: religioſis: & hmōi: deſtru/
xerunt freq̄nter ipſi demones in q̄ntū tales vincūt
per tentationes & cadere faciūt in peccatū p q̄d mor
tificant opa bona. et ſic in eis deſtruunt vt non ſint
meritoria vite etne &c. Iuſtus aūt quid fecit.
quaſi di. homo iuſt⁹ in bono ſtabilis nil tale fecit.
quia tentationi non ceſſit: ſed in iuſticia pſeuerauit.
Hoc aūt ex eo: q̄a Dn̄s in templo ſctō ſuo. h̄
eſt in aīa iuſti tanq̄z in templo eſt p grām ↄſeruās
et ptegens eā ne cadat in tentationes. Dominus
in celo ſedes eius. q: in celeſti regno quieſcit et
regnat deus cum ſanctis p gloriam qui etiā eſt ī ce/
lo. i. in corde iuſti: quod d̄r celum: q: celeſtis eſt con
uerſationis: & quia celatis deū in ſe habitātē: iuxta di
ctū apl'i Habitare chr̄m per fidem in cordibus ve/
ſtris. Oculi eius in pauperem reſpiciunt.
id eſt in humile: dando gratiā pſeuerandi. palpe/
bre eius interrogant filios hoīm. q: ſcrutant
cogitatiōes & act⁹ ſingulorū. q. d. Ideo debet q̄libet
cauere pctā: quia iudicādo interrogabit oēs filios
hoīm examinando de oib⁹ actib⁹. Sed q̄re dicit q̄
palpebre eius interrogāt: Rn̄det q̄ palpebre habēt
tegere oculos dormientis: Ideoq̄z per hoc ſignifi/
catur q̄ deus iudicabit etiam ea in hoīb⁹ q̄ nūc pu/
tant q̄ non videat quaſi dormiens: eo q̄ punire dif
fert. Dn̄s interrogat iuſtum. ſ. examinando
quomō in bono pſeuerauerit. et impiū. ſ. q̄t ma
la cōmiſerit. et cur ſe nō emēdauerit. qui aūt dili
git iniquitatem. ſ. in ea pmanēdo. odit aīaz
ſuam. quia eam preparat mittere ad gehennam
vbi ſunt grauiſſima ſupplicia. Nam deus Plu/
et ſuper peccatores laqueos. hoc dicit: quia
frequenter ſubito & improuiſe moriuntur ſicut illi
qui incidunt in laqueū abſconditū. Et erit. ignis
ſulphur. i. fetor intolerabilis. et ſpūs procel
larum. i. remorſus cōſcientie turbate. pars ca/
licis eorum. Quare nō dicit calix: ſed pars cali/
cis eorū: Rn̄det ſm̄ Lyram ideo: quia in gehenna
tanta eſt pena q̄ non pōt verbis exp̄mi totaliter: ſed
tm̄ p pte. vel q: vnuſq̄ſq̄z q̄ntū demeruit p pctā: tan
tam ptem tormētorū habebit bibere. Quoniam
iuſtus dn̄s & iuſticiā dilexit: eq̄tatē vidit.
ſcz ad remūerandū in celo. vultus eius. ſicut ini
quitatē videt puniendā.

## Pſalmus.xj

# Pſalmus.XII.

## Saluum me fac dñe

Saluum me fac dñe
⁊c. In h pſalmo dauid videns multa ma
la in ſeculo/exclamat ꝓ magnitudine pe
riculi: ⁊ petit a malis huius mũdi ſaluari: vt dicit
glo. Dicit ḡ: ⌊Saluum me fac dñe⌋ ſcꝫ a ꝑicul
hui⁹ mundi ⌊qm̃ defecit ſanctus⌋ id ē tot ſunt
mali in mundo homines ꝙ pauci repiunt̃ ſancti:
h eſt mundi a pctõ ⌊qm̃ diminnte ſunt ṽita/
tes⌋ ſcꝫ tam ṽborum q̃ʒ opeꝝ ⌊a filijs hoim̃⌋ q̃
non curant ope implere qð ꝓmiſerunt deo in ba/
ptiſmo. ſ. abrenunciare ſathane ⁊ omnib pompis
eius ⁊ oib opib ei⁹. Uana locuti ſũt: vnuſ/
q̃ſqꝫ ad ꝓximũ ſuũ⌋. i. caduca ⁊ mundana q̃ in
vanũ tranſeũt nec ad ſalutem ꝑtinent ⌊labia do
loſa⌋ id eſt ṽba deceptoria ⁊ detractoria ⌊in cor/
de: ⁊ corde locuti ſunt⌋ id eſt duplici corde bi
lingues/alið dicentes/⁊ aliud in corde habentes
locuti ſunt. Diſꝑdat dñs⌋ id eſt diſꝑdet ꝑditi/
one gehẽne ⌊vniuerſa labia doloſa ⁊ linguã
magniloquã⌋ id eſt ſuꝑbam. Qui dixerunt:
linguã nr̃am magnificabim⁹⌋ ſcꝫ iactant̃ lo
quendo ⌊labia nr̃a a nobis ſunt⌋ id eſt a nr̃a
ꝓpria ſciencia vel ſapientia: et non a deo ſunt nob
ṽba ornata. Uel alr̃: labia nr̃a a nob ſunt. i. loqui
mur ꝺ nr̃a voluntate/ſic̃ nob placet mẽdacia ⁊ fal
ſa ꝺ q̃cunq: ſic̃ ⁊ vera dum placet libere dicimus
⌊q̃s nr̃ dñs ē:⌋ q. di. nullum dñm/nec etiã ip̃m
deũ in h habem⁹ timere. Propter miſeriam
inopũ ⁊ gemitũ paupeꝝ⌋ ſcꝫ q̃b detrahendo
mendoſe famã ꝑdidiſtis/vel q̃s deceptorie loquẽ
do defraudaſtꝭ ⁊ oppreſſiſtis ⌊nunc exurgam⌋
ſcꝫ ad puniendũ vos ⁊ ad liberandum illos ⌊dicit
dñs⌋ Ponam in ſalutari⌋. i. in ſaluatore chri
ſto conſolationem paupeꝝ ponam: ſic exponit Au
guſtin⁹. ⌊fiducialiter agam in eo⌋. i. ſecure et
potenter ꝑficiam in eo liberationẽ generis humani
Eloquia dñi⌋. ſ. in euãgelio tradita ⌊eloq̃a ca
ſta⌋ quia nulla falſitate vel ſimulatione corrupta
tanq̃ʒ ⌊argentum igne examĩatũ⌋ qꝛ ſicut ar/
gẽtum in igne excoctũ mire ſplẽdet ⁊ pulcre ſonat:
ſic verbum dei igne ſpũſſancti examinatũ ⁊ ꝓbatũ
in tribulationib. ideo ſequit̃ ⌊probatum terre⌋
Magr̃ in glo. ꝺr: ꝙ ponit̃ h genitiu⁹ ꝓ ablatiuo ca
ſu more grecoꝝ q̃ carẽt ablatiuo caſu. Et ſic ſenſus
eſt: ꝓbatũ terre. i. a terrenaꝝ cupiditatum ſqualore
expurgatũ. vel a terra. i. ab eccl'ia totius orbiſterre
ꝑ fidei veritatẽ approbatũ ĩ igne tribulatiõis ⌊pur
gatum ſeptuplũ⌋. i. puris mentib mũde infu/
ſum ſeptiformi dono ſpũſſancti. quia eloq̃a dñi ca/
ſta ſpũſſanctus in eccl'ia probauit tanq̃ʒ argentũ in
igne ꝓbatũ: dum igneis linguis diſcipulos chr̃i re
plẽs ſeptiformi gr̃a oim̃ linguaꝝ ſciaꝫ eis ꝯtulit q̃/
bus ſonarẽt p̃dicãdo verba dei ꝑ totũ mundũ ⁊c.
Tu dñe ſeruabis nos⌋. ſ. in his donis ſpũſſan
cti. Loquit̃ in ꝑſona iuſtoꝝ vel fideliũ oim̃ eccleſie
generalr̃ ⌊et cuſtodies nos⌋. ſ. ꝓtegendo ⌊a ge
neratione hac⌋. ſ. maloꝝ hominũ ſupra memo
ratoꝝ vana ⁊ doloſa: ac magniloquã linguam con
tra fidem vel mandata dei gerentiũ ⌊in eternũ⌋
hoc eſt: ne damnemur cum eis in ꝑpetuum. ⁊ qñqꝫ
cuſtodit deus etiam temporalr̃ ab eoꝝ ꝑſecutiõib
ſaluando Nam In circũitu impij ambulãt⌋
ſcꝫ ꝑſeq̃ndo nos fideles ꝑ totius eccleſie circũitũ in
orbe toto ⁊c. Uel aliter: in circũitu. ſ. vicioꝝ diuer/
ſoꝝ impij ambulant: quia nolunt venire ad mediũ
ṽtutꝭ. ſed circũeũt vndiqꝫ ad ſuas ꝯcupiſcẽtias ex/
plendas: ſm̃ Aug. ⌊ſm̃ altitudinẽ tuã multi/
plicaſti filios hoim̃⌋. i. ſm̃ altitudinẽ cõſilij tui
quod eſt nobis incõprehẽſibile: multiplicaſti filios
hoim̃ tam reprobos q̃ʒ electos.

# Pſalmus.xij.

## Uſqꝫquo domine

Uſqꝫquo domine
obli. ⁊c. In hoc pſalmo Dauid loquitur
p̃cipue in ꝑſona ſanctoꝝ patrũ deſiderã
tium aduentũ chr̃i: exꝓmens ꝙ feruentiſſime deſi/
derauerint eũ. Dicit ḡ Uſqꝫquo dñe obliuiſce
ris me⌋. i. ꝯgregationũ ſctõꝝ patꝝ ⁊ fideliũ tuoꝝ
⌊in finẽ⌋. i. nunq̃d vſqꝫ ad finẽ mũdi vis differre
incarnationẽ tuã q̃ſi oblit⁹ eſſes me redimere: Nã
in deũ non cadit obliuio. ſed dicit̃ more hũano ob/
liuiſci q̃ʒdiu differt p̃ſtare ſuũ bñficiũ ⌊vſqꝫquo
auertis faciẽ tuã a me⌋ ſcꝫ differẽdo p̃ſentiam
filij tui: q. d. deſiderarẽ citius videre faciẽ chriſti.
Quãdiu ponã cõſilia in anĩa mea: dolorẽ
in corde meo ꝑ diem⌋. i. ꝯtinue. ſm̃ Aug. ꝑ diẽ
ſignificat ꝯtinuatiõem. Et in hoc dicto ſilitudo tra
cta eſt de eo q̃ carcere incluſus ſeruat̃ ⁊ mlt̃a ſibi cõ/
ſilia in corde ſuo ponit quõ euadat anxiando ⁊ do/
lendo ꝯtinue. Et ſic patet ſenſus hui⁹ dicti. Uſqꝫ
quo exaltabitur inimicus meus⌋ hoc ē dia/
bolus ⌊ſuꝑ me⌋. ſ. genus hũanũ tenendo captiuũ
⌊reſpice⌋. i. oculo miſcðie mittendo tuũ filiũ ⌊et
exaudi me⌋. ſ. celerius ⌊dñe deus me⁹⌋ Illu/
mina oculos meos⌋. ſ. interiores: luce fidei: ⁊ gra
tie. Iſti oculi ſunt intellectus ⁊ affectus ⌊ne vnq̃ʒ
obdormiam in morte⌋. i. ne moriar in mortali
culpa ⌊neqñ dicat inimicus meus⌋. i. diabo
lus inſultans mihi ⌊p̃ualui aduerſus eũ⌋. ſ. de
cipiendo ⁊ deijciẽdo in culpã ⁊ gehennã. Qui tri
bulant me⌋ hoc eſt diabolus ⁊ angeli ei⁹ ⌊exul/
tabunt ſi motus fuero⌋ de ſtatu rectitudĩs ad
ſtatum viciorũ ⌊ego aũt in miſericordia tua
ſperaui⌋. ſ. ꝙ me ꝯſeruabis ex miſcðia: nõ ex mea
ꝓpria iuſticia ne cadã ⁊c. Exultabit cor meum
in ſalutari tuo⌋. i. in chr̃o ſaluatore veniente ad
ſaluandum ⌊cantabo dño q̃ bona⌋. ſ. celeſtia in
chriſto ⌊tribuit mihi: ⁊ pſallam nomĩ dñi al
tiſſimi⌋ confitendo chriſti deitatem et gratias a/
gendo.

## Pſalmus.xiij

Dixit inſipiens in corde ꝛc. In hoc pſal. Dauid increpat pͤcipue iudeos obduratos in infidelitate: q̄ chriſto credere noluerunt. et ↄſeq̄nter redarguit oēs hoīes in pctīs obſtinatos. Vn̄ dr̄ Dixit inſipiēs in corde ſuo] hoc ē ꝓplus iudaic⁹ obduratus ꝛ qcūqȝ pctōꝛ obſtinat⁹: dixit cogitādo et ope negādo chr̄m [non eſt deus] Aug. Nemo audet dicere.ſ.general'r deū negare. Sed ſpecial'r mlti infideles negabāt deū iſrael eſſe verū deū oīpotentez: vt patet de idolatris. Et ſic etiā multi iudei chriſtū eſſe deū negant. Multi etiā mali chriāni lȝ cōfitent̄ ſe noſſe deum: fact̄ tn̄ negant. vt dicit̄.j.Tim.j. Corrupti ſunt].ſ.falſitate errorū [ꝛ abominabiles facti ſūt].ſ.corā dō ꝛ angel' [i ſtudijs ſuis].i.in affectionib̄ vicioſis: vt habet alia littera. [non ē qui faciat bonū].ſ. meritorium vite eterne: lȝ faciant bonū de genere [nō eſt vſqȝ ad vnum] Hoc dupl'r exponit̄. Vno mō exceptiue. et ſic exponit Aug. di.ꝙ nullus hoīm eſt faciēs bonū meritoriū vite eterne: pͤter vnū.ſ.chr̄m. qꝛ nullus hō pōt tale bonū facere niſi chr̄s mōſtrauerit: ꝛ ei hͦ facere dederit. Et ip̄e ſolus ē bon⁹ ſine oīmi pctō ex modo ſue ↄceptionis in virgine ſine pctō originali: q̄uis ꝛ btā vgo Maria ſit bona: ſine oī pctō etiam originali ↄcepta: ſm̄ noſtros doctores: cum quib̄ teneo. Tamē hoc etiā eſt ex gr̄a eiuſdē vni⁹ vicȝ chriſti ex ea nati. Alio modo exponit̄ hoc dictū pſalmiſte incluſiue q̄ ad ip̄os infideles obſtinatos. q̄a nec vnus eſt inter tales q̄ faciat bonū meritorium vite eterne: eoꝙ hoc nō pōt quis facere ſine fide ꝛ charitate. Dn̄s de celo ꝑſpexit ſup̱ filios hoīm] quia nil eum latere poteſt [vt videat ſi eſt itelligens].ſ.per veram cognitōem [aūt requirēs deum] ſcȝ ꝑ bonam oꝑationē. Qd̄ aūt dicit̄: vt videat: non eſt intelligēdū ꝙ deus neſcierit. ſed vt videat.i.vt alios videre faciat. ſicut ſimilia legunt̄ in ſcripturis. Omnes declinauerunt].ſ.a rectitudine vite in vicia [ſimul inutiles facti ſunt] Dicit̄ res inutilis q̄ non valet ad finē intentū. ſicut medicina dicit̄ inutilis que non valet ad ſanitatē. Homo aūt ordinat̄ ad felicitatē vt ad finē: ad quā per vicia reddunt̄ inepti: et ſic dicunt̄ inutiles facti [nō eſt q̄ faciat bonū: nō ē vſqȝ ad vnū] Exponit̄ vt ſupra. qꝛ idē repetit̄ ad maiorē exaggerationē. Sepulcrū patēs eſt guttur eorū] q̄a voraces ſunt. et q̄a iuſtos ꝑſequendo vſqȝ ad mortem: veluti ſepulcrum deuorans ꝛ degluciens facti ſunt [linguis ſuis doloſe agebant] q̄a malū qd̄ inferre non poterant poteſtate: inferre q̄rebant fraudulenta doloſitate verborum decipiendo vl' calumniando proximū [venenum aſpidum ſub labijs eorū] ſm̄ Aug. hoc dicit̄: q̄a ſicut aſpides obturant aures ne audiant verba incantantiū: ſic ipſi homines nolunt audire verba legis diuīe. Vel aliter. quia venenū aſpidis occidit hominē q̄ ipſum ſumpſerit (ſicut dicit̄) obdormire faciēdo. ſic ip̄i homines mali habent ſub labijs detractoria verba q̄bus ſub ſilentio: hoc eſt in abſentia illorū quib̄ detrahunt occidunt: ſaltem in fama. Vel etiā q̄a documenta peſtifera contra fidem vel mores docent. Sequit̄: Quorū os maledictione].i. blaſphemijs contra deum [ꝛ amaritudine] verbi cōtumelioſi: ꝛ rixe cōtra ꝓximū [plenum ē: veloces pedes eorū].ſ.currendo [ad effundēdū ſanguinem Contritio ꝛ infelicitas in vijs eorum].i.in proceſſibus operū ſuorū. quia querūt cōterere ꝓximū. et per hoc ipſi infelices currūt ad eternam penam inferni [ꝛ viam pacis non cognouerunt] quia ſemꝑ in diſcordia manere voluerūt [non eſt timor dei añ oculos eorū] et ideo ſine freno feſtinant ad mala facienda. Conſequenter pſalmiſta ponit illorū penam di. Nonne cognoſcent].ſ.dei iuſticiam punientē. q.d. ſic. [Oēs q̄ operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam].i.populū ſimplicem ꝛ iuſtum occidendo [ſicut eſcam panis] hoc dicit̄: quia delectantur in huiuſmodi occiſiōe vl' oppreſſiōe pauperū: ſicuti in ſapidi panis vel cibi comeſtione: ſm̄ illō Prouer.j. Letant̄ cum malefecerint: ꝛ exultāt in rebus peſſimis ꝛc. Dn̄m nō inuocauerūt] quia non crediderunt vel nō timuerunt ip̄m [illic trepidauerunt timore vbi nō erat timor] quia domin⁹ immittit eis propter maliciam timorem ꝛ fugam vbi non eſſet timendū. iuxta illō Prouerb.xxviij. Fugit impius nemine ꝑſequente. Itē dum mali pn̄iam aggredi formidant: ibi trepidāt vbi non eſt timor. Quoniam dominus in generatione iuſta eſt] id eſt: in congregatione iuſtorum habitat ꝑ gratiam. q.d. mali timere habent quando etiam non eſſet timendū: ideo. quia dominus non eſt in eis: ſed eſt in iuſtis ꝛ bonis. Idcirco ipſi timere non habent niſi vbi vere timendum eſt. hoc eſt timent facere vicia: quia hoc vere timendū eſt. ſequit̄ [conſiliū inopis confudiſtis] hoc eſt: conſilium pauperis. vicȝ chriſti vel diſcipulorū eius: q̄ terrena cōſulunt cōtemnēda ꝛ celeſtia appetenda. Confudiſtis.i.tanq̄ȝ confuſibile reputaſt̄ et irriſiſtis [q̄m dn̄s ſpes eius eſt] hoc eſt irriſiſtis hominē iuſtum: vicȝ fidelem chriānū: reputando eum tanq̄ȝ fatuum: eoꝙ ſpem totā poſuit in domino. et ſic cōtemnit terrena. Nam Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael] Sion ſignificat celeſtē hieruſalem: iuxta illud Hebre.xij. Acceſſiſtis ad ſion montem ciuitatem dei viuentis: hieruſalem celeſtem. Iſrael: quod interp̄tatur videns deum: ſignificat populum fidelem qui videt deum hͦ per fidē ꝛ in futuro videbit facie ad faciem. Senſus eſt ergo Quis dabit ex celeſti ſion: ſalutare. id eſt ſaluatorē chriſtum: ipſi iſrael. id eſt populo fideli. vt eum ſal

uet a predictis malis ⁊ p̄iculis mūdi huius. Nuſ
dabit: ſupplendū eſt: niſi ipſe deus: quē vos mūda/
ni contempſiſtis. ſic exponit Aug. Sequit̄ ⌊Cum
auerterit dn̄s captiuitatem plebis ſue⌋. ſ.
redimendo ſanguine chr̄i: a poteſtate diaboli ⁊ ca/
ptiuitate vicioꝝ: tūc ⌊exultabit iacob⌋ q̄d inter/
p̄tatur ſupplātans. et ideo ſignificat chr̄ianū q̄ ſup
plātauit vicia auxilio chr̄i ⁊c. ⌊⁊ letabitur iſra/
el⌋. i. idem populus: ſicut idem homo vocabat̄ Ja
cob qui ⁊ iſrael. q. d. letabit̄ fidelis p̄plꝰus de libera/
tione facta p̄ chr̄m ⁊ viſione dei in p̄nti p̄ fidem ſpe
rans ꝙ p̄ueniet in futuro ad beatam dei viſionem
ſine fine.

## Pſalmus. xiiij.

Domine quis habi
tabit ⁊c. In iſto pſalmo Dauid docet q̄/
les hoīes in p̄nti vita deo digne militant
et tandē futurā requiē in celo ſint habituri. Proin
de pſalmiſta dicit: ⌊Domīe quis habitabit in
tabernaculo tuo⌋. ſ. militāt ecclīe tue: digne ti
bi militādo. Nā p̄priū eſt belli ac militātiū habita/
re in tabernaculis. et ideo p̄ tabernaculū militās ec
cleſia deſignat̄. q̄a militia eſt vita homīs ſup̄ terrā:
vt d̄r Job. vij. Et ad hūc ſenſum tendit etiā hebrai/
ca veritas: q̄ ſic habet. Dn̄e q̄s p̄egrinabit̄ in taber/
naculo tuo. q̄a q̄diu in hoc corp̄e ſumus p̄egrina/
mur a dn̄o. ij. Coꝛ. v. ⌊aut q̄s requieſcet ī mō/
te ſctō tuo⌋. i. in ſup̄iori ⁊ celeſti ecclīa: in q̄ eſt re/
quies p̄petua. ⁊ ſup̄na hierl̄m. hoc eſt: viſio pacis.
Et rn̄dendo ad hec ſubdit ⌊Qui ingreditur ſi/
ne macula⌋. ſ. peccati moꝛtalis. Et d̄r: qui ingre/
dit̄. q̄ ꝑmittat vt debeat ingredi in ſctē ecclīe vni/
onē p̄ fidē: ⁊ ibi viuat ſine moꝛtali culpa ⌊et op̄a/
tur iuſticiam⌋. i. iuſticie op̄a bona: p̄ q̄ meritum
vite eterne adq̄rat. Nō em̄ ſufficit declinare a malo
niſi op̄et̄ bonum. ⌊Qui loquitur veritatem in
coꝛde ſuo⌋. i. q̄lis eſt in coꝛde ſuo. Nam ſm̄ ph̄m
iiij. Eth. hec virtus que veritas nominat̄ eſſe habet
in hoc: quando hō in verbis ⁊ factis talem ſe oſten
dit exterius qualis eſt interius ⌊qui non egit do
lum⌋. ſ. mendacij: vel in decipiēdo p̄ximū ⌊in lin
gua ſua. Nec fecit p̄roximo ſuo malū⌋. ſ. in
facto ⌊et opp̄robrium nō accepit aduerſus
p̄ximos ſuos⌋ ſm̄ Aug. ⁊ Honoꝛiū: Opp̄robri
um aduerſus p̄ximos accipit q̄ detractōes libenter
audit ⁊ criminatoꝛi temere credit. ⌊Ad nihilum
deductus eſt in cōſpectu eius malignus⌋
id eſt diabolus tentans de vicijs p̄ nihilo habetur
dum ei nō conſentitur. vl' etiam malus homo corā
eo non reputat̄ p̄motione honoꝛis ⁊ dignitatis p̄ci
pue eccleſiaſtice dignus. ſed repudiatur ⁊ p̄ nihilo
extimatur coꝛam eo. ſ. p̄lato tanq̄ꝫ indignus. Etem̄
p̄latus ſcienter p̄mouendo talem peccat moꝛtalit̄.

⌊timētes autē dn̄m gloꝛificat⌋. i. gloꝛia ⁊ ho
noꝛe dignos reputat ⁊ honoꝛat. q̄a vt habetur. iiij.
Eth. Honoꝛ eſt p̄miū virtutis. ⁊ ideo nō eſt exhibē
dus niſi virtuoſo. Prauꝰ em̄ non eſt honoꝛe dignꝰ
Hec ibi. Et notanter d̄r: gloꝛificat. ad ſignificandū
ꝙ virtuoſus publice coꝛam etiā oībus eſt honoꝛan
dus. nam in ſecreto facta ſibi reuerentia dicitur ho
noꝛ. Si aūt hoc fiat publice: dicit̄ gloꝛia: a clarita/
te dicta: quaſi q̄dam claria. c mutata in g. Hec ſm̄
Ly. ⌊Qui iurat p̄roximo ſuo ⁊ nō decipit⌋. ſ.
iuramentū in bono ſeruando ⌊qui pecuniam ſu
am nō dedit ad vſuram⌋ Nā vſura taꝫ veteri
q̄ꝫ noua lege damnat̄: vt patet in decretis. ⌊⁊ mu/
nera ſuper innocentē non accepit⌋ hoc ē: p̄
eo vt acceleret iuſticie iudiciū ipſi innocēti vel dete/
minet. q̄ꝛ p̄ hmōi nō eſt licitū aliq̄d accip̄e p̄ merce/
de. q̄nto magꝫ nō licet accip̄e mūera ad p̄uertendū
iuſtū iudiciū p̄ quocunq̄ꝫ. imo eſt magno toꝛmēto
dānabile. ⌊Qui facit hec⌋ ſcꝫ q̄ dicta ſunt in hoc
pſalmo ⌊non mouebitur in eternū⌋ hoc ē: nō
mouebit̄ a gratia ad cadēdū in ignē eternū: ſed ma
gis p̄miabit̄ gloꝛia eterna.

## Pſalmus. xv.

Conſerua me do/
mine ⁊c. In hoc pſalmo Dauid in ſpū ſan
cto loquit̄ de reſurrectione chr̄i: put patet
expreſſe Act. ij. ca. vbi beatꝰ Petrus diuiꝰ illuſtra/
tus: hūc pſalmū d̄ chr̄o allegauit. Proinde Dauid
in p̄ſona chr̄i hoīs d̄r ſic ⌊Conſerua me dn̄e⌋. ſ.
ne deficiā in paſſiōe. Nam tali mō loq̄bat̄ chriſtus
Matth. xxvj. oꝛando: Pater trāſeat a me calix iſte
Uerūtn̄ nō mea ſed tua fiat volūtas. ſpūs q̄dē p̄m
ptus eſt: caro autē infirma. ⌊q̄m ſperaui in te⌋
ſcꝫ de hoc ꝙ tertia die reſuſcitabis me ad gloꝛiā coꝛ
poꝛis ⁊ aīe. ⌊Dixi dn̄o deus meus es tu⌋ hoc
dixit chriſtus poſtꝰ in cruce q̄n ait: Eli eli lama zabac/
thani. hoc ē: deus meꝰ: deus meꝰ ⁊c. Matt. xxvij.
⌊q̄m bonoꝝ meoꝝ nō eges⌋ Nā deꝰ p̄r nullo
creato bono eget. et iō nec bono chr̄i hoīs q̄ ſunt in/
carnatio: paſſio: reſurrectio ⁊c. ſed his egebāt hoīes
vt redimerent̄ p̄ chriſtum. q. d. nō ideo peto vt con/
ſerues me p̄dicto mō ꝙ tu egeres talibꝫ. ſꝫ p̄ tua bo
nitate fac q̄ egēt hoīes p̄ me liberari. Nā iſta bona
meoꝝ p̄dictoꝝ myſterioꝝ: incarnatiōis: paſſionis:
reſurrectiōis ⁊ redēptiōis ſunt neceſſaria. ⌊Sāctis
q̄ ſunt in terra eius⌋. i. in terreſtri ecclīa militā
te ↄſtitutꝫ ſctis chr̄ianis q̄bꝫ ⌊mirificauit⌋. i. mi/
rifice īpleuit ipſe deꝰ p̄r ⌊oēs volūtates meas ī
eis⌋. ſ. miraculoſe illuſtrādo eos ad fidē chr̄i quā
corā eis vl' in eis mirificauit ↄfirmādo p̄ miracula
iuxta volūtatē meā. i. chr̄i ⌊Multiplicate ſūt īfir
mitates eoꝝ⌋. i. chr̄ianoꝝ q̄ antea mltꝫ idol' de/
ſuiebāt p̄ varias īfirmitates erroꝝ ⁊ vicioꝝ. Sꝫ l.

Poſtea accelerauerūt ] q̄ꝛ dimiſſis idol' ad p̄dicatōēʒ diſciploꝝ chꝛiſti velociter cucurrerūt ad ſuſcipiendū fidē chꝛiſtiꝛ ad pn̄iam. Nō ꝯgregabo ꝯuenticula eoꝝ de ſanguinibꝰ ] .i. pecudū ⁊ circūciſionis veteris legis. q̄ꝛ cōuentus eoꝝ non erit carnalis ſed ſpūalis eo ꝙ chꝛiani erūt ſpūſctō regenerati in baptiſmo ⁊ ſpūalia ſacrificia offerentes [ nec memoꝛ ero noīm eoꝛum per labia mea ] hoc dicit. q̄ꝛ noīa antiqua idoloꝝ ſunt obliuioni data. Et q̄ꝛ noīa gentiliū ſunt mutata vt iam nō dicāt pagani ⁊ filij ire. Sed chꝛiſtiani: filij dei: amici et fratres chꝛiſti. q.d. chr̄s in ꝑſona eccleſie. Nolo memoꝛari ꝑ labia loquēdo de noībꝫ idoloꝝ ⁊ gentilis ſecte vl' ritus. q̄ꝛ. Dn̄s pars hereditatis mee ] hoc dicit chr̄s in ꝑſona eccleſie ⁊ mēbroꝝ ſuoꝝ loquēdo ſub eodē cōtextu lr̄e. q̄ꝛ ſcriptura ſepe tranſit de capite chr̄o ad mēbꝛa ⁊ ecōuerſo. Senſus ergo eſt ꝙ eccl'ia chr̄i dicere habet ſic. dn̄s eſt pars hereditatis mee eo ꝙ dn̄m Jeſuʒ elegerūt ſibi ꝓ ꝑte ſua hereditaria [ ⁊ calicis mei ] .i. paſſionis q̄ ꝑ calicē deſignat̄ Matth. xxvij. et. xx. Hoc em̄ dicit. q̄ꝛ chꝛiſtiana eccleſia paſſionē ꝑſecutionis ꝓpt̄e ſuſtinuit ꝓ chꝛiſto ſpe hereditatis eterne. iō ſubdit [ tu es qui reſtitues hereditatē meā mihi. Funes ceciderūt mihi in p̄claris ] .i. ſoꝛtes celeſtis hereditatis ꝓuenerunt mihi in p̄claris p̄mijs celeſtis gloꝛie. q.d. mūdanis ꝓueniūt caduca. mihi autē deo dante ceciderūt ſoꝛtes in p̄claris bonis gloꝛie celeſtis. Nam hic accipitur ſimilitudo ab his qui agros funibꝫ menſurant [ etem hereditas mea p̄clara eſt mihi ] q̄ꝛ ī numero angeloꝝ ⁊ beatoꝝ qui p̄clara gloꝛia fulgent hereditas mea ꝯſtituta eſt a deo ꝓ fide chꝛiſti ⁊ charitate ⁊c̄. Sed quia ꝓ hmoī debet̄ laus deo ⁊ gratiarumactio Jdcirco ſubdit. Bn̄dicam dn̄m q̄ tribuit mihi intellectū ] .i. legis ⁊ euāgelij ad cognoſcendū myſteria chꝛiſti ꝑ que ꝯſequi habeo vitam eternā [ inſuꝑ ⁊ vſqꝫ ad noctē increpuerunt me renes mei ] q.d. non ſolū de predicta ꝓſperitate celeſtis retributionis hereditarie deuʒ benedicam ſed inſuꝑ etiaʒ ī aduerſitate quā mihi deus ꝑmiſit ad patientie coꝛonā. Nā ⁊ vſqꝫ ad noctem. i. vſqꝫ ad moꝛtē que in ſcripturis nox vocat̄: increpuerunt me renes mei. i. iudei. Nam ꝑ renes de quibꝫ hūana ꝓpagatio deſcendit ſignificant̄ illi qui ſunt nati de ꝯſanguineitate. et ſic ſignificant̄ ꝑ hoc iudei q̄ erant ex genere cōſanguineitat' chr̄i ac diſcipuloꝝ eius ꝓmitiue eccl'ie quos iudei vſqꝫ ad moꝛtē increpuerūt fidē ꝑſequēdo. Prouidebā dn̄m in cōſpectu meo ſemꝑ ] ſcʒ mente ꝓſpiciēdo tāqꝫ p̄ntem [ q̄m a dextris eſt mihi ] a dextr' eſſe dr̄ q̄ auxiliat̄. ſic a ſiniſtr' q̄ inſidiat̄ [ ne commouear ] ſcʒ aliq̄ euentu ad peccādū. Hec p̄dicta dicunt̄ tanqꝫ vox eccl'ie. licʒ poſſint etiā accipi tāqꝫ vox chr̄i quē increpuerunt renes. i. cōſanguinei. ſ. iudei ꝑſequēdo ⁊ dicēdo. demoniū habes ⁊ iterū in paſſione: vach q̄ deſtruis templū ⁊c̄. ſed ſpe ꝓuidebat dn̄m ſꝑ. q̄ꝛ ꝯtinue aīa chr̄i ab inſtanti creatōis habuit claritatē diuine viſionis. vn̄ ⁊ dicit. q̄m a dextris eſt mihi. ſ. deus p̄r auxiliādo ne cōmouear ſcʒ aliq̄ motu impatientie ex p̄dictis iniurijs. Conſequenter p̄s deſcribit chꝛiſti reſurrectionem glorioſam d. Propter hoc letatuʒ eſt coꝛ meum ] id ē ꝓpterea quia deus a dexteris eſt mihi habeo cauſam leticie. [ et exultabit lingua mea ] ſcilicet gratias agendo patri de humani gener' ſaluatione. Nam legitur chꝛiſtꝰ ī ſpū exultādo dixiſſe Cōfitebor tibi pat̄ dn̄e celi ⁊ terre. q̄ꝛ abſcōdiſti hec a ſapientibꝫ ⁊c̄. Matth. xj. [ inſuꝑ et caro mea requieſcet in ſpe ] q.d. Suꝑ hoc etiam letatuʒ eſt coꝛ meum ⁊ exultabit ligua mea. quia caro mea requieſcet in ſepulcro in ſpe future reſurrectionis glorioſe. Nam certitudo ſpei in expectādo aliquo bono eſt cauſa delectamenti et leticie. quia per certitudinē quaſi p̄ſens apprehēdit̄. Hec verba poſſūt etiā accipi in ꝑſona eccl'ie que letat̄ d̄ diuino auxilio ⁊ gr̄as agit de redemptiōe. et ī moꝛte coꝛpoꝛali requieſcit in ſpe reſurrectionis future. q̄m certuʒ eſt ꝙ ſicut chr̄s reſurrexit ita et nos reſurgemus in gloꝛia ꝑ chr̄m ī fine mūdi. ſeq̄tur. Q̄m nō derelīques animam meam in inferno ] .i. in limbo ſctōꝝ patrū detineri diutiꝰ. ſed educes eam reſuſcitando. Et hec vox ē ꝓprie ipſiꝰ chꝛiſti [ nec dabis ſanctū tuū ] .i. coꝛpus meum ſanctificatū et totaliter ipollutum q̄uod eſt tuū quia a te inhabitatū ꝑ vnioneʒ deitatis. hoc ergo non dabis [ videre coꝛruptionem ] .i. experiri vel pati coꝛruptionem putrefactionis vel incinerationis. quāuis ibi fuerit coꝛruptio accipiendo coꝛruptionem pro moꝛte. quia coꝛpus chꝛiſti fuit vere moꝛtuum per anime ſeparationem. Notas mihi feciſti vias vite ] .i. experiri me feciſti vias vite eterne accelerando tempus reſurrectionis glorioſe in me. vel quia per ſapiētiam mihi ínoteſcere feciſti ꝙ humanū genus per meam reſurrectionem inquit et paſſionem opoꝛtuit peruenire ad vitam eternam [ adimplebis me leticia cū vultu tuo ] hoc dicit. quia gloꝛia anime chꝛiſti ( q̄ conſiſtit in videndo deum facie ad faciem quā gloriam anima eius habuit a pꝛīcipio creationis) tunc fuit deriuata ad coꝛpus in ſua reſurrectione. quia ex tunc habuit coꝛpus glorioſū. Delectationes ī dextera tua ] ſuꝑple habebo in aſcenſione in qua chꝛiſtus ſedet ad dexteram patris ] vſque ī finē ] .i. vſqꝫ in ſempiternū. ⁊ ſic patet.

## Pſalmus. xvj

Exaudi domine iuſticiam ⁊c̄. Jn hoc p̄s Dauid orationem facit. vnde Oratio dauid intitulatur. Orat autem Dauid in perſona chꝛiſti ad patrem pro ſe et pro eccleſia ⁊ vt fideles ī tribulatione poſitos oꝛare doceat. Dic̄ ḡ ſic ī ꝑſona chr̄i hoīs. Exaudi dn̄e

# Pſalmus .XVI.

iuſticiā meam ].i. meipm̄ q̄ iuſtus ⁊ innocēs ſū. Intēde depcatione meā ].ſ. quā fundo ꝓ mea liberatione in ꝑſecutionib ⁊ ꝓ ſalute fideliū meoꝝ. Auribꝫ ꝑcipe orōnem meā ].ſ. quā fūdo etiā ꝓ inimicis meis di. Pr̄ ignoſce illis: nō em̄ ſciūt qd faciūt [ nō in labijs doloſis ].ſ. oratiōem factā: ſed veraciter ex corde. De vultu tuo iudiciū meū ꝓdeat ] Hilari⁹.i. de conſpectu iuſticie tue iudiciū meū ꝓferat̄ q̄ ꝑſecutoꝝ malicia ⁊ mea innocentia declaret̄ [ oculi tui videāt eq̄tatē ].ſ. int̄ me ⁊ perſecutores. Probaſti cor meū ].ſ. ꝙ tibi obediens fuerim vſq ad mortē [ ⁊ viſitaſti ] ſcilꝫ grām p̄ſtādo [ nocte ].i. in aduerſitate. ſicut medicus viſitat: medicinā amarā ꝓpinādo ad conferendam ſanitatē. Vel viſitaſti nocte examinādo ſecretas etiā nocturnas cogitatiōes q̄ magis latēt [ igne me examinaſti ].i. in fornace tribulatiōis ꝑ acerbiſſimas penas. Loquit̄ chr̄s d̄ ſe ⁊ etiā de ſuis mēbris: puta p̄cipue de martyribꝫ int̄ quos aliq̄ etiam in igne ſunt torſi. vt Laurenti⁹: Eraſmus ⁊ hmōi. [ ⁊ non ē inuēta in me iniq̄tas ] Hoc d̄t chr̄s qa nunq̄ peccare potuit. Dicit etiā in ꝑſona mēbrorū que lꝫ aliqn̄ peccauerint: tn̄ ꝑ chr̄m mūdati ī baptiſmo nō habuerūt talem iniq̄tatē vnde demeruiſſent talē mortē vl' ꝑſecutōes. Ut nō loquatur os meū ] hoc ē: ſm̄ Caſſiodo. Nō eſt inuēta in me iniq̄tas adeo: vt ſaltem peccaſſem in lingua ꝓferendo v̄ba improperioſa ꝯtra [ opera hominū ] me ꝑſequentiū. ſicut ſolēt facere irati. Vel adeo etiam vt non loquat̄ os meū alia q̄cūq ocioſa q̄ ſunt opa hoīm. ſed ea tm̄mō que ꝑtinēt ad ſalutē ⁊ ad laudē dei [ ꝓpter verba labioꝝ tuorū ].ſ. que locut⁹ es ī lege ⁊ ꝓphetis vt ea implerē. Ego.ſ. chr̄s [ cuſtodiui vias duras ].ſ. paupꝛime vite ⁊ paſſiōis ac mortis. Et ſilr̄ eccl'ia cuſtodit pro chr̄o vias duras pn̄ie auſtere ac patientie in aduerſis. Ideoq vt poſſim ꝑſeuerare: dicit eccleſia fidelium orādo deum: Perfice greſſus meos ].i. ꝓceſſus actionū mearū [ in ſemitis tuis ].i. in artis mādatis ꝑfectiōis euangelice implēdis. Nā ſemita arta via eſt ⁊ cōpēdioſa. ſic ſunt mādata euāgelica [ vt nō moueantur ].ſ. a via iuſticie declinādo [ veſtigia mea ] ſcꝫ q̄bus volo imitari chr̄m ⁊c̄. Ego clamaui ] ſcꝫ in cruce dicit chr̄s. quia animā ſuam cū clamore valido in man⁹ patris cōmendauit [ qm̄ exaudiſti me deus ].ſ. vt reſuſcitares me a mortuis. Inclina aurem tuam mihi ⁊ exaudi verba mea ] q̄ fundo ꝓ ſalute ſcꝫ mēbroꝝ. hoc eſt. fideliū eccleſie. Mirifica miſericordias tuas ] h̄ eſt. fac miracula ꝑ apl'os meos ex tua miſcd̄ia declarādo fidei veritatē ad ſalutē hoīm. Ideo ſequitur. [ q̄ ſaluos facis ſperantes in te ] ſcꝫ chriſtianos. A reſiſtentib⁹ dextere tue ].i. diuis operibus tuis quibꝫ reſiſtentes erant iudei ⁊ ꝑſecutores miracula demonijs attribuendo. Ab his ergo [ cuſtodi me vt pupillā oculi ] i. valde diligēter vt nō poſſint ꝑualere mihi ⁊ eccleſie mee. Sub vmbra alaꝝ tuarū ꝓtege me ].i. meū corpus myſticū. hoc eſt eccl'iā ꝓtege in fide ꝯſeruādo quaſi ſub alis. ſic̄ gallina ꝓtegit pullos ſub alis a miluo. Umbra quippe fit ex corꝑe vmbrāte in luce ⁊ iō ſignificat fidem de chr̄i corꝑe.i. humanitate ⁊ luce deitatis in q̄ ꝓtegit̄ a deo ⁊ ꝯſeruat̄ eccl'ia tāq ſub alis. ſcꝫ miſcd̄ie ⁊ charitatis. ſiue iuſticie ⁊ veritatis [ a facie impioꝝ ].i. demonū ⁊ eius mēbroꝝ eccleſiā ꝑſequētiū. iđo dicit. [ qui me afflixerūt ] Nam. Inimici mei ].ſ. iudei [ aīam meam circūdederūt ].ſ. q̄rēdo occidere me chr̄m [ adipē ſuū cōcluſerūt ] h̄ eſt. pinguē maliciā ſiue abūdantem firmauerunt ꝯcludendo in cōcilio ꝙ me ⁊ meos obſtinata mente: ⁊ abſq oīm miſcd̄ia ꝑſeq̄ntur ſemꝑ [ os eorū locutū eſt ſupꝑbiam ].ſ. ad confundendū me ⁊ irridendū blaſphemijs. d. Aue rex iudeoꝝ ⁊c̄. Et iterū. Si filius dei es deſcēde de cruce. ⁊ hmōi plurima. Proijcientes me ] ſ. extra ciuitatē tanq latronē [ nūc circūdederunt me ].ſ. ad inſultandū in cruce. vel circūdederunt ne poſſim euadere [ oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā ] ſcꝫ auertentes ne intenderēt in deū. ſed ſolum ad terrenū regnū d. Ne forte veniant rhomani ⁊ tollant noſtrū locū ⁊ gentē: ⁊ dei preceptum de nō occidendo īnocente chriſto nō curātes. Suſceperūt me ſicut leo ꝑatus ad predam ].i. aperte. ⁊ cum nimia crudelitate tractauerunt me imponētes mihi portare crucem qn̄ ſuſceperunt dānatum a pilato [ ⁊ ſicut catulus leonis habitās in abditis ] i. in occultis ꝯſilijs ſuis ꝑſecuti ſunt crudeliter meā fidem in diſcipulis quos lacerare decreuerunt. Et ideo exclamat Dauid in perſona chriſti orans ⁊ d. Exurge dn̄e ] ſ. ꝑ oſtenſionē potentie tue [ ꝑueni eum ] ſcꝫ ꝓpl'm iudaicum frangendo eius intentū vel ꝓpoſitū [ et ſupplanta eum ] .i. cogitationes eoꝝ vel ꝯſilia. ſ. per rhomanos quod factum eſt. q̄ hoc ꝯſilio chriſtum occiderunt ne ꝑderent locū ⁊ gentem. Et tn̄ ꝑ occiſionē chriſti ꝑdiderunt qn̄ rhomani in vltionē mortis chriſti eos diſperſerunt ⁊c̄ [ eripe animā meam ab impio ] .i. a diabolo ne habeat ſuꝑ eā poteſtatē retinendi in limbo [ frameā tuā ].i. me ꝑ quem tanq ꝑ frameā debellaſti regnum iniquitatis. quia verbis chr̄i euangelicis vicia ſunt ꝯtrita. hāc inq frameā eripe [ ab inimicis manus tue ] .i. a iudeoꝝ malicia qua intēdunt me. i. meā fidem oīno ꝑdere tanq inimici man⁹ tue. i. operum miraculoſorū que tu feciſti in me. Nam his miracul' iudei inimici erāt. q̄ ea deprauare machinabant̄ ⁊ ꝑ̇ncipi demonioꝝ ⁊ nō deo attribuebant mēdacit̄. Domine a paucis ] hoc ē a fidelibus diſcipulis qui protunc ſcilicet tempore chriſti in vita hac cōſtituti ſatis pauci erant [ de terra ] ſcilicet regni iudeorum [ diuide eos ]. id eſt diſperge in vniuerſas partes orbis [ in vita eorum ] id eſt ſic ꝙ q̄diu viuent non poſſint occidere fideles meos tanquā in captiuitate poſſi

ti romanoꝝ. vel in vita eoꝝ.ſ.mala qua demerent
ſic puniri. Et de abſconditis tuis adimplet⁹
eſt vēter eoꝝ .i.de occulto tuo iudicio ſatis abū
dauerūt in tpalibꝫ bonis q̄ ſepe ꝯcedunt malis. Ut
ſm Caſſiod.iſta abſcondita dei ſunt iudicia ei⁹ oc-
culta quibꝫ diſpoſuit mundū redimere ꝑ crucem ⁊
paſſionem chr̄i. Uenter iudeoꝝ eſt interna volun-
tas malicie eoꝝ. De abſcōditis ḡ dei conſilijs adim-
pletus eſt venter iudeoꝝ:dū deſideriū eoꝝ impletū
eſt in occiſione chriſti. Saturati ſunt filijs: et
diuiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis
ſcꝫ vt etiā poſt morte abundent eoꝝ poſteri in tēpo
ralibꝫ.q.d.ꝓpter hec tpalia obliti ſunt te deum. Ut
ſm Caſſiod.⁊ Honoriū:ſaturati ſunt iudei filijs q̄
ſunt: vt vſqꝫ hodie cernimus imitatores paternoꝝ
ſcelerum in ꝑfidia ⁊ odio contra chriſtum. et diui-
ſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis: quando dixe-
runt:Sanguis eius ſuꝑ nos:⁊ ſuꝑ filios noſtros.
ꝓpter quod factum eſt vt vltio ſanguinis chr̄i ꝑ Ro
manos ad eoꝝ filios eſt deriuata:et eandē damna
tionē cū ſuis pr̄ibꝫ tanqꝫ reliq̄as hereditatū ſuarū
ꝓ obduratiōe ꝑcipiēt in futuro. Ego aūt .ſ.chri
ſtus:⁊ meū corp⁹ myſticū q̄d ē ecclia In iuſticia
apparebo in conſpectu tuo q̄d manifeſte fi-
et in iudicio finali ſatiabor cum apparuerit
gloria tua .i.omne deſideriū meum implebitur
in numero electorum videntiū: quia ego in te ⁊ tu
in me es ⁊c.

## Pſalmus.xvij

Diligam te domie
⁊c. In hoc pſalmo Dauid gratias agit
ꝓ liberatiōe ab inimicis. Et per hoc figu
rat liberatio chriſti et eccleſie eius a ꝑſecutoribus.
Unde in ꝑſona eccleſie dicit Diligam te domi
ne fortitudo mea .i.q̄ dediſti mihi fortitudinē
contra inſultus aduerſarioꝝ. Nam dominꝰ fir-
mamentū meū .ſ.cōſeruādo in domo ⁊ refu
giū meū .ſ.in ꝑiculis ꝑſecutionū ⁊ liberator
meus. Deus meus adiutor meus ⁊ ſpera
bo in eū Protector meus ⁊ cornu ſalutis
mee .i.ptatem mihi dans vt ventilē hoſtes.i.de-
mones ad ſalutem meā ꝯſequendā ⁊ ſuſceptor
meus .ſ.ꝑ gratiā cum triumpho. Unde pro his
omnibꝫ Laudans inuocabo dominū ſcꝫ ꝓ
beneficijs laudans ⁊ ꝓ euaſione malorum inuo-
cando deum ⁊ ab inimicis ſaluus ero id eſt
ſpero ſaluari ſic faciendo. Circūdederunt me
dolores mortis Uox eſt eccl'ie:quā tp̄e diſcipu
loꝝ ꝑmitiue eccleſie circūdederūt dolores mortis.
q2 occidebant ꝓ fide ⁊ ꝑſeq̄bant vſqꝫ ad mortē. Et
ſi generaliter accipit:de quolibet iuſto poteſt dice-
re ſic: Circūdederūt me dolores mortis.ſ.per pecca
tum ꝑmoꝝ parentū quod demeruit mortem cor-
poralē ⁊ eternā ⁊ torrētes iniq̄tatis cōturba
uerūt me Torrētes ſunt aque q̄ rapti in ima vt
mare ipm deſcendūt. ⁊ ſignant om̄es gentes q̄ ra-
ptim eccleſiam ꝑſequētes ad inferna deſcendunt.
Dolores inferni circūdederunt me Hoc
dicit eccl'ia.q2 ꝑ peccata primoꝝ parentū demeruit
inferni penas vndiqꝫ circūdantes periculis ⁊ laq̄-
is dānationis in preſenti vita miſera exiſtentibus
Preoccupauerūt me laquei mortis hoc di-
cit:ad ſignificandū q̄ anteqꝫ naſceremur p̄occupa
uerūt nos laquei eterne mortis. hoc eſt: vincula
originalis peccati. In tribulatione mea inuo
caui dn̄m: ⁊ ad deum meum clamaui ſcilꝫ
ad p̄cauendū de malis hm̄oi. Et exaudiuit de
templo ſancto ſuo hoc eſt: de celo. vbi habitat
ꝑ gloriā vocē meam ſcꝫ ſua gratia liberādo me
ſcꝫ eccl'iam fidelium ⁊ clamor meus in ꝯſpe-
ctu eius introiuit in aures eius loquit de
deo more humano quo clamor petentis introire in
aures regis vel principis dicit:quando exauditur.
Cōmota eſt ⁊ cōtremuit terra ꝓ quo No-
tandū ſm Lyrā q̄ ſicut rabbi Salomon dr̄. Mo-
dus erat antiquoꝝ hebreoꝝ q̄ in ꝑticularibꝫ libe-
rationibꝫ ſolebāt facere mentionē de liberatiōe ſer-
uitutis egyptiace q̄ fuit generalis toti ꝓplo. ⁊ h̄ ptꝫ
in pluribus locis ſacre ſcripture. Et ideo hic Dauid
facit mentionem de liberatione filiorum iſrael ex
egypto ꝓ figura liberationis eccleſie ⁊ fidelium fa-
cte ꝑ chriſtū qui de diaboli ſeruitute liberauit ho-
mines. Et ideo pſalmiſta introducēdo de illa figu-
ra liberationis dicit. Cōmota eſt ⁊ ꝯtremuit terra.
id eſt habitantes in terra. vicꝫ propter plagas in e-
gypto factas a deo fundamenta montiū cō-
turbata ſunt quia tantus fuit ibi tunc tremor
coruſcationis ⁊ tonitruū q̄ videbant montiū fun-
damenta ꝯturbari ⁊ terra moueri. Ideo addit Et
cōmota ſunt qm̄ irat⁹ eſt eis .ſ.deus Aſcē-
dit fumus ſcꝫ vindicte manifeſte in ira eius
⁊ loquitur de deo ad modū irati hominis q̄ videt
ſpirare fumum ⁊ ignis a facie eius exarſit:
carbones ſuccenſi ſunt ab eo hec dicit.quia
ignis ⁊ grando mixta pariter ferebant ad punien-
dum illos. Inclinauit celos ⁊ deſcendit .ſ.ꝑ
effectum liberationis hebreoꝝ ⁊ punitionis egypti
orum ⁊ caligo ſub pedibus eius q2 fecit te-
nebras palpabiles in egypto tribus diebus Exo.x.
Et aſcendit ſuper cherubin ⁊ volauit .i.
velociter aſcendere fecit ex egypto filios iſrael. acſi
volaſſent. q2 oēs eadē die eduxit ſil'cū eſſet in nu-
mero maxio. Exo.xij. Unde ⁊ ſequit volauit ſu-
per pēnas ventoꝝ .i.celerrime in hoc ſubſidi
um fecit. Et poſuit tenebras latibulū ſuū
in circūitu eius tabernaculū eius hoc itel-
ligit de nube exiſtēte inter exercitū egyptioꝝ ⁊ fili-
os iſrael ſuꝑ mare rubrū q̄ erat obſcuriſſima ⁊ dē
ſiſſima ex ꝑte egyptioꝝ. ita q̄ nō poterant accedere
